

1870

SCHEMATISMUS

PROVINCIAE HUNGARIAE

NUNC

SANCTAE MARIAE

NUNCUPATAE

ORDINIS MINORUM REF.


S. P. FRANCISCI

AD

ANNUM CHRISTI COMMUNEM.

MDCCLXX.

(1870)



Esztergom O.F.M.

SCHEMATISMUS

PROVINCIAE HUNGARIAE

REFORMATAE

NUNC

SANCTAE MARIAE

NUNCUPATAE


ORDINIS MINORUM

S. P. FRANCISCI

A D

ANNUM CHRISTI COMMUNEM

1870.



POSONII.

TYPIS ALOYSII SCHREIBER.

PATRONA PROVINCIAE

PRAECELSA DEI GENITRIX

VIRGO MARIA

IN COELUM

ASSUMTA.

UNIVERSALEM ECCLESIAM

FELICITER GUBERNANS

ROMANUS PONTIFEX

SANCTISSIMUS DOMINUS NOSTER DIVINA PROVIDENTIA

PIUS PAPA IX.

PROTECTOR ORD. MINORUM

**S. P. N. FRANCISCI DE OBSERVANTIA ET REFORMATORUM,
EMINENTISSIMUS, AC REVERENDISSIMUS**

D. ALOYSIUS AMAT

S. R. E. CARDINALIS, ET EPISCOPUS PRAENESTINUS.

MINISTER GENERALIS

TOTIUS ORDINIS S. P. N. FRANCISCI

REVERENDISSIMUS PATER

BERNARDINUS A PORTU ROMATINO

**LECTOR THEOLOGICUS, CONCIONATOR EGREGIUS, EX-MINISTER VENETIARUM PROVINCIAE SANCTI ANTONII PATAVINI.
HABITAT ROMAE,**

IN CONVENTU ARACOELITANO.

MINISTER PROVINCIALIS
ADMODUM REVERENDUS PATER

CHRYSOSTOMUS CZWICKL

CONCIONATOR, SECRETARIUS, ET DEFINITOR PROVINCIAE
EMERITUS, REDACTOR DIRECTORII, CONFESSARIUS ORDINARIUS
SANCTI-MONIALIUM URSULINARUM, DIRECTOR SOCIETATIS S. LAZARI,
EX-CUSTOS PROVINCIAE, ACTUALIS MINISTER PROVINCIALIS.

In Capitulo Provinciali die 15. Augusti Anno 1869 in Conventu Poseniensi celebrato electus in serie Ministrorum Provincialium est CXXXVIII.

Residet in Conventu Poseniensi.

EMERITI MINISTRI PROVINCIALES.

A. R. P. Agapius Dank, Concionator, Definitor, et Custos Provinciae emeritus, Totius Ordinis Definitor Generalis actualis, Pater Provinciae Senior, Ex-Commissarius Visitator Gralis Provinciae S. Stephani Regis in Transilvania Ejusdemque Pater ad Honores. *Habitat Romae.*

A. R. P. Cyriacus Piry, Professor Gymnasii, et Definitor Provinciae emeritus, Custos altera vice electus, Censor Librorum Dioecesanus, Examinator Confessoriorum, Bibliothecarius, et Historiographus Conventus, actualis Guardianus Conventus Pesthinensis, Herularum Anglic. Confess. Ordinarius, Eruditae Societ. Hung. Historicorum Membrium Ordinarium, Provinciae Pater. *Habitat Pesthini.*

A. R. P. Odoricus Balázsovits, Philosophiae et SS. Theologiae Lector, item Definitor Provinciae vice altera emeritus, Ex-Vicarius Provincialis, actualis Guardianus Conventus Nitriensis, Administrator Parochiae, Examinator Confessoriorum, Director Studii Theologici, Resolutor Casuum, Magister Clericorum Theologorum, Bibliothecarius, et Historiographus Conventus, Provinciae Pater. *Habitat Nitriae.*

CUSTOS PROVINCIAE.

A. R. P. Cyriacus Piry, ut supra.

VENERABILE
DEFINITORIUM PROVINCIAE.

PRAESES:

A. R. P. MINISTER PROVINCIALIS.

ASSESSORES:

A. R. P. Cyrillus Píry, Custos Provinciae.

A. B. P. Odoricus Balázsovits, Ex-Vicarius Proalis.

A. V. P. Ezechiel Tóth, Concionator emeritus, Director Missionum popularium Slavicarum, Examinator Confessoriorum, Discretus et Poenitentiarius Conventus, Confessarius Fratrum, Definitor Provinciae altera vice electus. *Habitat Érsek-Ujvárini.*

A. V. P. Barnabas Kuzsilek, Concionator et Secretarius Provinciae emeritus, Missionarius popularis, Director 3. Ordinis labii slavici, Magister Laicorum slavorum, Poenitentiarius Conventus, Confessarius Fratrum, actualis Provinciae Definitor. *Habitat Posonii.*

A. V. P. Henricus Will, Concionator et Secretarius Provinciae emeritus, *Guardianus* Conventus Nemet Ujváriensis, Administrator Parochiae, Examinator Confessoriorum, Resolutor Casuum, Bibliothecarius et Historiographus Conventus, Definitor Provinciae altera vice electus. *Habitat Nemet-Ujvárini.*

A. V. P. Casimirus Görög, Philosophiae et SS. Theologiae Lector, item Secretarius Provinciae emeritus, *Guardianus* Conventus Alba-Regalensis, Examinator Confessoriorum, Resolutor Casuum, Bibliothecarius et Historiographus Conventus, Magister Clericorum Theologorum, actualis Provinciae Definitor. *Habitat Albae-Regiae.*

Secretarius Provinciae, et A. R. P. Ministri Provincialis.

M. V. P. Chilianus Komnánzsky, Philosophiae Lector emeritus, actualis Secretarius Provinciae, et A. R. P. Ministri Provincialis. *Habitat Posonii.*

PROVINCIA
ORDINIS S. P. FRANCISCI
HUNGARIAE

NUNC

REFORMATA

S. MARIAE NUNCUPATA.

Originem suam a temporibus S. P. N. Francisci, aut certe ab anno 1228 repetit; quo anno Fr. Joannes de Plano Minister Germaniae, Ordinis propagator maximus, Fratres in Hungariam misit, qui in Regno hoc, fundamenta Ordinis officiosa pietate jacerent ¹⁾ Etsi vero Provincia haec jam 1234 anno et sequentibus plura habitacula hospitiaque in Hungaria haberet ²⁾ quae proprio Superiori, quibusdam exemptionibus in Bullis Gregorianis, tituloque Ministri Strigoniensis Minorum (Strigonium quippe Metropolis fuit sacrarum praecique aedium totius Hungariae) insignito, suberant, tamen ad annum usque 1239 per Ministros Germaniae regebantur. Atque hoc anno in Capitulo Generali Romano solenni Germaniae Provinciarum instituta divisione, haec quoque nostra Provincia in distinctam, et independentem Provinciam

¹⁾ Waddingus ad annum 1218. N. 86.

²⁾ Archiv. Provinciae.

per limites Hungariae extensam, evecta est. Cujus, congruenter Catalogo Ministorum Provincialium hujus Prov. Venetiis anno 1504 per Simonem de Luere impresso, et testimonio Lucae Waddingi ad annum 1287, Nr. 7. Primus Minister Provincialis fuit Fr. Joannes, Vir princeps carnalis Frater Philippi III. Regis Francorum, insignibus ornatus dotibus, per Papam Gregorium IX. studia sua, quibus in Belam IV. Regem ferebatur, declaraturum, neo-erectae Provinciae praefectus.

Ab eo vero tempore, quo Provincia haec a Germaniae Provinciis separata, proprium nacta est Ministerium, appellabatur sine ullo addito *Provincia Hungariae*, usque ad tempora Concilii Constantiensis; exinde autem nomine *Provinciae Hungariae Conventualium* veniebat, praesertim dum negotium inter eam, et aliam Provinciam *Observantium* vertebatur. Quorum Congregatio, quia tempore Constantiensis Concilii nimium jam aucta fuit, ab hoc approbata est, Nomenque de *Observantia* accepit, quod Regulam purius, cumprimis, quantum ad paupertatem, observaret. Sicut etiam Provinciae Fratrum de Communitate, seu in Conventibus viventium, Ministris juxta Regulam electis subjectae, (e quorum numero haec quoque nostra Provincia fuerat), quae varias dispensationes Regulae relaxativas a sede Apostolica obtinuerunt, quarum vigore, fructus annuos, et praedia, titulo elemosynae perpetuae admiserant, nuncupatae sunt *Provinciae Conventualium*. Porro ubi Provincia haec anno 1454 sub P. Fabiano de Igal Ministro Provinciale reformationem sponte amplexa fuisset, dicta est *Provincia Hungariae Conventualium Reformatorum*³⁾. Anno dein 1517 sub

³⁾ Reformationis hujus Constitutiones eodem anno 1454. die 28. Aprilis sub P. Fabiano de Igal in Capitulo Agriensi editae, actu praeexi-

Leone X. Papa, translato sigillo Ordinis et titulo, ac munere Ministri Generalis a Conventualibus ad Observantes, posito Nomine Conventualium, Provincia haec Familiae Observantium se junxit⁴⁾, quo sicut antea; ita deinceps etiam Ministris secundum Regulam electis pareret. Adhaec a tempore Generalis Capituli Observantium *Burgis* in Hispania anno 1523 celebrati Provincia haec jam Observantibus juncta, *Provincia Hungariae S. Mariae* nuncupatur⁵⁾. Demum anno 1659 ad effectum exem-

stunt in Tabulario hujus Provinciae; non secus ac alia vetusta Statuta, ad has pro reformatione hujus Provinciae editas Constitutiones constanter provocantia, uti sunt: Statuta P. Lucae a Segusdino, hujus Hungariae Provinciae Ministri anno 1508. 2. Februarii in Capitulo Albensi condita. Item P. Mathiae de Mikla, Ministri hujus Provinciae jam Regularis Observantiae, et S. Mariae nuncupatae anno 1535, die 1. Augusti in Capitulo Segusdinensi condita. Tum P. Petri a Debrecino, perinde Ministri hujus S. Mariae Provinciae 1536. die 2. Julii in Capitulo Szegedinensi, et anno 1537. Dominica Cantate in Capitulo Agriensi condita. Nec non alia tardioris aevi complura. — Quia porro in Statutis quoque sub posterioribus duobus his Provinciae hujus jam S. Mariae nuncupatae Ministris conditis, provocatio fit ad Constitutiones P. Fabiani de Igal, pro reformatione hujus Provinciae editas, liquido fluit: hanc S. Mariae Provinciam eandem esse cum Provincia Hungariae Conventualium, quam P. Fabianus de Igal Minister ejusdem Provinciae anno 1454. in Capitulo Agriensi reformavit.

⁴⁾ Ita Archivi Ordinis et Provinciae hujus Monumenta.

⁵⁾ In hoc Capitulo decretum est: ut Provincia Hungariae, quae prius dicebatur Vicaria de Familia (Observantium), vocaretur Provincia SS. Salvatoris: et quae appellabatur Provincia Reformatorum (Conventualium nempe, quam P. Fabianus de Igal Minister ejus reformavit) diceretur S. Mariae. Ita Archivum hujus Provinciae, et Waddingus ad eundem annum 1523. — Equidem cum regnum istud Hungariae a sui Principio Marianum, Beataeque Mariae Virgini a Divo Proto-Rege Stephano devotum fuerit, hunc eundem titulum haec antiquissima Hungariae Provincia sibi elegit, eo majore congruentia, quod etiam in primaevo suo Sigillo, quo actu utitur, sub concamerato fornice Beatam Virginem, Jesum in ulnis gestantem, uti apud Hungaros Patrona Hungariae effigiatur, praeseferat; quae nempe celatura,

ptionis a jurisdictione Commissariorum Nationalium, Decreto Alexandri VII. Papae, declarata est *Provincia Reformata* ⁶⁾). Quamvis vero Apostolicum hoc Regnum variis saepe, iisque maximis calamitatibus, cruentis bellis, et intestinis disturbanceibus foede divexatum fuerit; haec tamen Provincia nostra nunquam omnino in praesens deficit, verum in aliquot Conventibus constanter permansit; eodem semper, quo nunc utitur, usa fuit sigillo, ut ex variis instrumentis litterariis sigillo hoc munitis, jam primo, secundo, tertio, reliquisque Ordinis, et Provinciae hujus saeculis confectis, atque in Archivo ejusdem Provinciae praeexistentibus, liquet. Propriis denique Provincia haec a sui erectione ad praesens, sine interruptione, regitur Ministris, ut subnexus docet.

originem sumsit ab Ara majore Conventus nostri Strigoniensis olim Auxiliatricis Beatae Mariae Virginis, a Bela IV. Rege Hungariae constructi, sub quo idem Rex et filius ejus Bela Dux subin tumulati fuerunt. — Ab hoc dein tempore, quo Provincia haec Observantibus est unita, et S. Mariae appellata, nomen ipsum Conventualium e Regno Hungariae suo cum vestigio disparuit. Ino longe postea nullus horum in Hungaria exstitit Conventus; anno siquidem 1629. in Appendice Synodi Pázmanianae Tyrnaviae celebratae, duarum solum Ordinis S. Francisci eo tempore in Regno Hungariae existentium Provinciarum: hujus nempe S. Mariae, et SS. Salvatoris enumerantur Monasteria, Conventualibus autem hoc anno nullum tribuitur. — Moderni enim Patres Conventuales primo, pulso e Regno per victricia Leopoldi Magni Imperatoris et Regis Apostolici arma Christiani nominis hoste, in Hungariam penetrarunt, ac favore Dioecesanorum Praesulum, et aliorum Benefactorum quaequam Monasteria obtinuerunt, Provinciamque dein sub titulo et Sigillo St. Elisabethae erexerunt, ac in Generali Regni Diaeta anno 1715. ad augendum, propagandumque cultum Divinum inter reliquas Religiosas Familias fuere recepti; Articulis vero Diaetalibus nonnisi in Generalibus Regni Comitibus anno 1764. coeptis, et anno 1765. terminalis sunt inserti. Quo tempore Status et Ordines Regni Articulo 47. Majoribus nostris, quorum Sigillum, Archivumque constanter tenemus, ac Superioribus non interrupta serie ab iis descendentibus regimur, insigne elogium tribuerunt.

⁶⁾ Decretum hoc conservatur in Archivo hujus Provinciae.

CATALOGUS

Admodum Reverendorum Patrum Ministrorum Provincialium⁷⁾

1. Joannes Princeps, Frater Regis Francorum	1239
2. Jacobus	1247
3. Joannes II.	1260
4. Petrus	1270
5. Stephanus	1288
6. Barnabas	1295
7. Adrianus	1298
8. Haymo	1301
9. Andreas	1314
10. Joannes III.	1323
11. Marcus	1334
12. Petrus II.	1335
13. Martinus	1339
14. Martinus II.	1343
15. Clemens	1354
16. Joannes IV. Senensis	1363
17. Franciscus	1367
18. Nicolaus	1379
19. Michael de Ujlak	1386
20. Joannes de Zevles (Szölös)	1409
21. Bartholomaeus de Veröcze	1415
22. Petrus de Sabaria	1426
23. Andreas de Agria	1437
24. Paulus de Zéch	1443
25. Antonius Italus, initio Vicarius Ministri Grilis dein factus Minister Provincialis	1450
26. Paulus de Verchik	1450

⁷⁾ Conformiter Catalogo Ministrorum hujus Provinciae, Venetiis anno 1504. per Simonem de Luere impresso, ac in Archivo Provinciae conservato, sicut et aliis ejusdem Archivi monumentis confectus.

27. Fabianus de Igal	1452
28. Benedictus a Strigonio	1477
29. Lucas a Szegusdino	1490
30. Gregorius de Zekchev	1497
31. Andreas de Bachia, initio Vicar. dein Minister Provincialis	1502
32. Lucas a Szegusdino <i>reelectus</i>	1507
33. Antonius Magni (Nagy)	1508
Sub hoc Ministro periodus Provinciae hujus e Statu Con- ventualium Reformatorum ad Regularem Observantiam peracta est.	
34. Franciscus Lippay	1523
Sub hoc Ministro, et eodem anno Provincia haec S. Ma- riae appellata est.	
35. Gregorius de Chrisio	1529
36. Franciscus Lippay <i>reelectus</i>	1531
37. Mathias de Mikla	1533
38. Petrus de Debreczino	1536
39. Matthaeus de Beklecz	1539
40. Emericus a Baronyai	1541
41. Joannes a Terebesd.	1544
42. Gregorius a Szegedino	1546
43. Matthaeus de Beklecz <i>reelectus</i>	1550
44. Petrus Mékchey	1551
45. Christophorus de Zemeche	1557
46. Franciscus a Szegedino	1559
47. Franciscus a Csongrád	1561
48. Franciscus a Szegedino <i>reelectus</i>	1563
49. Franciscus a Csongrád <i>reelectus</i>	1566
50. Mathias Borhy	1573
51. Gabriel Grodecsin	1592
52. Franciscus Comes Draskovits.	1597
53. Martinus Gyulay	1600

54. Alexander Ebeczky, antea Canon. Jaurin 1603
55. Franciscus Comes Draskovits *reelectus* 1606
56. Bonaventura Volta Italus 1610
57. Alexander Ebeczky *reelectus* 1614
 Vicarius Prov. Martinus de Kopchán, alias
 Papp, antea Canonicus Strigoniensis 1614
58. Joannes Rudnay 1616
59. Antonius Baza Italus 1620
60. Franciscus Végh. 1623
61. Antonius Baza Italus *reelectus* 1626
62. Franciscus a Valle Telina Italus 1629
63. Franciscus Végh *reelectus* 1635
64. Paulus de Tauris 1636
65. Gabriel Kyrinich. 1643
66. Bernardinus Folnai 1646
67. Ambrosius Kovács 1648
68. Paulus de Tauris 1651
69. Gregorius Malomfalvay 1654
 Sub hoc Ministro anno 1655, separata est a Provincia
 hac Custodia Slavoniae, nunc Provincia S. Regis
 Ladislai dicta.
70. Silvester Mori Italus 1657
 Vic. Prov. Ladislaus Litomericzky 1658
71. Agustinus Podgaicsich 1659
 Sub hoc Ministro eodem anno declarata est haec Pro-
 vincia Reformata.
72. Didacus Babcsánszky 1662
73. Remigius Ramotsaházy 1665
74. Robertus Korlatovich 1668
75. Felix Miskey 1671
76. Paulus Senquitzy 1674
77. Robertus Korlatovich *reelectus* 1677
 Vic. Prov. Didacus Babcsánszky 1678

78.	Remigius Ramocsaházy, initio Vicarius, dein Minister Provincialis	1680
79.	Antonius Comes Cziráky	1683
80.	Bonifacius Terbuss	1686
81.	Felix Miskey <i>reelectus</i>	1689
82.	Dominicus Mányay	1692
83.	Antonius Comes Cziráky <i>reelectus</i> Vic. Prov. Narcissus Remethey	1695 1696
84.	Athanasius Csatáry	1698
85.	Daniel Kuzmann	1701
86.	Antonius Affray	1709
87.	Dionysius Schneider	1712
88.	Bernardinus Ramotsaházy	1715
89.	Capistranus Sebach	1718
90.	Andreas Pordányi	1721
91.	Antonius Pozsonyi	1724
92.	Capistranus Sebach <i>reelectus</i>	1727
93.	Andreas Pordányi <i>reelectus</i>	1730
94.	Franciscus Kelecsényi, primo Vicarius, deinde Minister declaratus Commissarius Prov. Antonius Pozsonyi	1731
95.	Sebastianus Pankl	1735
96.	Petrus Hejnegger	1738
97.	Casparus Szente	1741
98.	Mathias Thum	1744
99.	Petrus Hejnegger <i>reelectus</i>	1747
100.	Modestus Dominkovits	1750
101.	Raymundus Szentgyörgyi	1753
102.	Joachim Berczko	1756
103.	Modestus Dominkovits <i>reelectus</i>	1759
104.	Martinus Hacsay	1762
105.	Michael Haas	1765

106.	Eugenius Kósa	1768
107.	Cajetanus Hruskovits	1771
108.	Raymundus Rachsa	1774
109.	Eugenius Kósa <i>reelectus</i>	1777
110.	Josephus Chmel	1780
111.	Raymundus Rachsa <i>reelectus</i>	1783
112.	Bernardus Balogh	1791
113.	Alphonsus Krchnyák	1794
114.	Raymundus Wolffics	1797
115.	Rudolphus Karevics	1800
116.	Alphonsus Krchnyák <i>reelectus</i>	1803
117.	Joannes Moser	1806
	Vicar. Prov. Philippus Mukenhuber	1807
118.	Canutus Németh	1810
119.	Antonius Greguska	1812
120.	Blasius Holtzer	1815
121.	Augustinus Kováts	1818
122.	Antonius Greguska <i>reelectus</i>	1821
123.	Joannes Capistranus Wagner	1824
124.	Sigismundus Frantsits	1827
125.	Pantaleo Golessény	1830
126.	Joannes Capistranus Wagner <i>reelectus</i>	1833
127.	Leopoldus Horváth	1836
128.	Pantaleo Golessény <i>reelectus</i>	1839
129.	Joannes Capistranus Wagner <i>3-io electus</i>	1842
130.	Sigismundus Frantsits <i>reelectus</i>	1845
131.	Pantaleo Golessény <i>3-io electus</i>	1848
132.	Aloysius Weidhofer	1851
133.	Eugenius Koppán	1854
134.	Pantaleo Golessény <i>quarto electus</i>	1857
135.	Agapius Dank	1860
136.	Cyriacus Piry	1863
137.	Maurus Kubiss	1866
	Vicar. Prov. Odoricus Balázsovits	1868
138.	Chrysostomus Czwickl	1869

PROVINCIA HUNGARIAE SANCTAE MARIAE

habet Conventus XIX. et unam Residentiam.

I.

Conventus Poseniensis

ad Beatam Virginem Mariam ab Angelo salutatam, in Archi-Dioecesi Strigoniensi, Comitatu, et L. R. Civitate Poseniensi situatus, est unus e vetustissimis Ordinis nostri et Provinciae Conventibus; Munificentia Ladislai IV. Regis Hungariae exstructus, aut instauratus, Ecclesia e fundamentis erecta Anno Christi 1280. Ac demum per multorum annorum decursum nimium quantum vitiatas ac destructus Conventus hic, unacum tecto Ecclesiae, e clementissima Suae SSmae Majestatis *Francisci Josephi I.* resolutione est restauratus 1860. In Ecclesia huius Conventus anno mox elapso Sacramentalem Confessionem et Communionem peregerunt 11,100.*)

Status Personalis.

- M. V. P. **Thomas Lukácsy**, *Guard.*, Professor Gymn. em. Dir. Studii Theol. Exam. Confess. Historiograph. Conv. Caes. Reg. Soc. Vien. Zoolog. Botan. et Reg. Phys. Soc. hung. Membrum. Professor Relig. in Schol. Real Posenii.
- A. V. P. Barnabas Kuzsilek, ut supra pag. 6.
- A. V. P. Nepomucenus Zimmermann, Conc. et Defin. Proae em. Mission. popul. Discretus et Bibliothecarius Conv. Mag. Laic. germ.

*) Numerus hic erutus est e distributis particulis consecratis, ante ipsarum consecrationem numeratis.

- M. V. P. Chilianus Komnánuszky, ut supra pag. 6.
- M. V. P. Ludovicus Schmidt, Vic., Conc. em., Prof. et Sac. jub., cur. serv. in spirit., Discr. et P. C. Conf. FF.
- M. V. P. Augustinus Waidinger, S. S. Theol. Lect., Conc. germ. fest. in hosp. civ. et dom, D. C., Exam. Conf. Resol. Cas., D. viae Cr.
- M. V. P. Anacletus Ambruss, Conc. em., Cap. dom. apud Ill. D. C. Joseph. Batthyány in Kiliti.
- M. V. P. Hilarius Varsingh, Conc. em.
- M. V. P. Honorius Böhm, Conc. Slav. Dom. et Quadr.
- M. V. P. Cornelius Árvay, Coop. Rdsimi D. Canon. Hon., et Par. in Léb.-Sz.-Miklós.
- M. V. P. Gustavus Dárdasy, Bibliothecarius Provinciae Reg. Phys. Soc. hung. memb.
- M. V. P. Aemilianus Matia, Coop. A. R. D. Par. in Besztercze.
- M. V. P. Sigismundus Christian, Conc. dominic. et quadr. hung., Catech.
- M. V. P. Arnoldus Bartos, SS. Theol. Lect. Exam. Conf. Mag. Juv. Res. Cas.
- M. V. P. Aemilius Preininger, Educat. apud Illm. D. Stephanum Rakovszky, Camer. reg.
- M. V. P. Evaristus Stelczer, Conc. fest. slav., in quadr. dominic. et Catech.
- P. Damascenus Gasperek.
- V. P. Bernardinus Kutich.

Theologi IV. Anni.

P. Sidonius Wimmer.	P. Eustachius Preisinger.
P. Nathanael Mayerbeck.	P. Medardus Dubovszky.
Fr. Quirinus Biky.	

Theologus III. Anni.

- | | |
|-----------------------|------------------------|
| Fr. Apollonius Zei. | Fr. Cletus Cseh. |
| Fr. Constantinus Tax. | Fr. Polycarpus Meszes. |

Fratres Laici.

- Fr. Vendelinus Geiszwinkler, a serv. A. R. P. M. Prov.
Prof. jub.
- Fr. Otto Czerhák, org. instr. Juv. in cantu, cur. Ref.
- Fr. Abel Kovár, pist. clav.
- Fr. Vilibaldus Marcsák, ostiarius.
- Fr. Marius Olasz, cocus.
- Fr. Ladislaus Fejtek, sart. Sacrista.
- Fr. Stephanus Helyes, sart. coll. eleemos.
- Fr. Celsus Szlanics, coc. simpl. professor.
- Fr. Vincentius Guzmics, sart. nov.
- Fr. Ambrosius Chiba, sart. nov.

Universim 38.

II.

Conventus Tyrnaviensis

in Archi-Dioecesi Strigoniensi, Comitatu Psoniensi situatus. Primaevus in L. R. Civitate Tyrnaviensi Conventus exstructus fuit ad portam Civitatis inferiorem Beneficentia Civium anno 1238; quo subin ampliorem alio in loco, una cum Ecclesia Divo Jacobo Majori Apostolo sacra, Ludovicus I. Rex circa annum Christi 1363. erexit. At hic etiam Jacobaeus Conventus pluries Benefactorum, praesertim 1633. Cardin. Petri Pázmány, aliorumque pietate e rudibus exstitit restauratus. In Ecclesia hujus Conventus mox elapso Anno sacramentalem Confessionem, et Communionem peregerunt 15,000.

Status Personalis.

- M. V. P. **Erasmus Rakovszky**, Guard., Conc. em.
Exam. Conf. Dir. Studii Theol. Histor. Conv.
- A. V. P. Vitalis Vadovits, Conc. et Defin. Prov. em. Prof.
et Sacerd. Jubil., P. Conv. Conf. F. F.

- A. V. P. Hyppolitus Holly, Lect. Philos. approb., Conc. et Definitor Prov. em., Prof. et Sacerd. Jubil.
- M. V. P. Laurentius Navarra, Vic. Conc. em., Mission. popul. cur. serv. in spirit., Disc. et P. C. Conf. F. F.
- M. V. P. Camillus Sántroch, Conc. em.
- M. V. P. Zoërdardus Málik, Conc. em., organ., instr. Juv. in cantu, D. et P. C. Conf. F. F. Mag. Laic. slav.
- M. V. P. Callistus Orgony, Conc. em. Discr. Conv.
- M. V. P. Gervasius Fukna, Conc. em., Administrator in Apaj.
- M. V. P. Benjaminus Tacznauer, Conc. slav. fest., in quadr. dominic. domest. Catech. Norm. et in Praepar. D. V. Cr.
- M. V. P. Albinus Mészáros, SS. Theol. Lect., Exam. Conf. Res. Cas., Biblioth. Coadj. in C. R. domo Invalid., Mag. Laic. hung.
- M. V. P. Theodoricus Elek, SS. Theol. Lect. Exam. Conf. Mag. Juv. Discr. Conv.
- M. V. P. Donatus Vadovits, Conc. Domin. slav. in Colleg.
- M. V. P. Floridus Skrobánek, Conc. germ. in Colleg. Catecheta in Schol. Ursul. Dir. 3. Ord. D. V. C. germ.
- M. V. P. Alphonsus Gönczöl, Conv. slav. Domin. domest.
- M. V. P. Petrus Szóla, Mission. in Terra S.

Theologi II. Anni.

Fr. Nazarius Karászek. | Fr. Elias Klimcsik.

Theologi I. Anni.

Fr. Nicodemus Olgyay. | Fr. Innocentius Kelecsényi.
Fr. Lambertus Lipcsey. | Fr. Marianus Misík.
Fr. Fabianus Behofsits.

Fratres Laici.

- Fr. Romanus Navarra, sart. clav. Profes. jubi.
Fr. Ezechiel Miklosovics, sacr. ost.
Fr. Menander Kassa, coc. coll. eleem.
Fr. Laurentius Divisch, viet. coll. eleem. cur. Ref.
Fr. Casparus Németh, Coc. pis.
Fr. Felix Málik, sart. non prof.
Fr. Didacus Hracho, Coc. non prof.
Fr. Nicodemus Peroutka, sart. nov.

Universim 30.

III.

Conventus Alba-Regalensis

ad Divum Emericum Ducem Hung. in Dioecesi, Comitatu, et L. R. Civitate ejusdem nominis, aequae ut Conventus Poseniensis, a Ladislao IV. aedificatus, aut restauratus exstitit anno Christi 1280. Expugnata anno 1543. per Solimanum Alba Regali, Conventus quoque noster Turcis in praedam cecidit, et Ecclesia in Armamentarium Turcicum conversa fuit. — Subin, anno videlicet 1688. recuperata Urbe, Fratres nostri primum quidem in Domum veteris Praepositurae illocati, post biennium vero ad locum antiqui Conventus quera hodie in incolunt, transiverunt. — Caeterum Ecclesiae, et Conventus, moderni structura subsidio Benefactorum, anno 1720. inchoata; et 1730. perfecta fuit. In Ecclesia hujus Conventus Sacramentalem Confessionem et Communionem Anno mox praeterlapso peregerunt 8,415.

Status Personalis.

- A. V. P. **Casimirus Görög**, Guard, ut supra pag. 6.
M. V. P. Bruno Tamás, Vic., Conc. em., cur. serv. in spir., Disc. et Poen. Conv., Conf. F. F., Admin. in Zichfalva.
M. V. P. Liborius Árvay, Conc. em., Cap. dom. apud

Excell. D. Com. Joannem Cziráky in Lovas-Berény, prof. jub.

M. V. P. Mansvetus Öveges, Conc. em., Dir. Sacrist., Admin. in Petele, Conf. F. F. Poen. Conv.

M. V. P. Paulus Porpáczy, Conc. em. Admin. in Dinnyés, Discr. Conv.

M. V. P. Venantius Vörös, Conc. em., Admin. in Xenodochio civico, Mag. Laic.

M. V. P. Sixtus Szkóky, Conc. hung. Dom., D. V. Cr., Adm. in Curia Cottus.

M. V. P. Astricus Gruber, Conc. germ. ord., D. V. Cr.

M. V. P. Bonaventura Tormásy, Capell. A. R. D. Par. in Nagy-Láng.

V. P. Salesius Schiszler, Conc. fest. hung.

Theologi in Sem. Eppali.

Fr. Chrysologus Herczeg,	Fr. Marcianus Strasser,
--------------------------	-------------------------

II. a.

II. a.

Fr. Fortunatus Mátéffy, II. a.

Fratres Laici.

Fr. Porphyrius Gerecs, sart. cl.

Fr. Sophonias Krncsik, pictor.

Fr. Bertholdus Vlaszák, coc. pist.

Fr. Regalatus Takács, coc. pist. coll. eleem.

Universim 17.

IV.

Conventus Strigoniensis

ad S. Annam Matrem B. Virginis Mariae, in Archi-Dioecesi, Comitatu, et Civitate Libera Regia ejusdem nominis existens, tum Regia, tum Archi-Epi-

scopali Autoritate munitus, aedificari coepit Anno 1700, consummatus vero est 1717; quo etiam anno Fratres nostri solemniter in Eundem introducti sunt, praelato expanso Vexillo Albo, a Senatu Strigoniensi pro antiquo Hungarorum more sumtuose facto, ad adumbrandam videlicet primam illam Patrum nostrorum olim Anno 1240. per Belam IV. Regem Hungariae factam Introductionem, aequae hic loci in Conventum B. V. Mariae Auxiliatricis institutam. Administrat Parochiam Szentlélek, in qua numerus animarum 282. In Ecclesia hujus Conventus Anno mox elapso Sacramentalem Confess. et Commun. peregerunt 14,715.

Status Personalis.

- M. V. P. **Victor Németh**, *Guard.* S. S. Theol. Lect. em. Adm. Paroch. in Sz. Lélek, Exam. Conf. Histor. Conv. Dir. Stud. Phil. Regiae Phys. Societ. hung. membr. Catech. in Schola reali civica.
- A. R. P. Augustinus Mayer, Conc. em., Lect. Philos. approb., Superior Castr. habit., Proae Pater ad hon., Prof. et Sacerd. jub. Assesor Consist. Archi.-D. Zagrabiensis hon., Cruce aur. pro piis meritis decoratus Badenis.
- A. V. P. Damianus Paulovics, Conc. et Defin. Prov. item Prof. scholae cap. em. Praedic. gener. Prof. et Sacerd. jub. Discr. et P. C. Conf. FF. Civis Sabariensis ad honores.
- M. V. P. Solanus Göcz, Vic., Lect. Philos., Mag. Juv., Exam. Conf. cur. serv. in spiritual., Discr. et Poen. Conv. Confess. F. F.
- M. V. P. Gratianus Galgóczy, Conc. em., Discr. et Poen. C., Conf. Frat.
- M. V. P. Engelbertus Gyurász, Conc. em. et actu. hung. Mission. pop. Cat. Schol. Norm. et in Curia Com. Ductor V. C., Mag. Laic. hung. Direct. 3. Ord. lab. hung.

M. V. P. Prudentius Holly, Conc. slav. dom. et fest.
Mag. Laic. slav.

M. V. P. Eugenius Dikovich, Conc. germ. dominic. et
quadr. D. V. Cr.

M. V. P. Agapitus Csoknyai, Adm. in praed. Csém.

V. P. Columbinus Vajda, Conc. fest. germ. in quadr.
domin.

V. Fr. Joannes Jakubovits, Philos. Lector.

Philosophi II. Anni.

Fr. Cyprianus Somogyi.

Fr. Angelus Valent.

Fr. Coelestinus Farkas.

Fr. Anselmus Haberhauer.

Fr. Dismas Faragó.

Fr. Silverius Tóth.

Fr. Nicephorus Noviszedlák.

Fratres Laici.

Fr. Carolus Zachar, ost.
cur. Ref.

Fr. Adrianus Stieglmayer,
org. sacr.

Fr. Cornelius Komlósy, coc.
pis. simp. profes.

Fr. Emmeramus Rozinecz,
coc. simp. profes.

Fr. Pancratius Kiss, sart.
simp. profes.

Universim 23.

V.

Conventus Kis-Martoniensis

ad S. Michaelem Archangelum, in Civitate Libera Regia, Dioecesi Jaurinensi, Comitatu Soproniensi situatus, jam Anno 1414. exstitisse perhibetur; modernus nihilominus Originem debet pietati et munificentiae Excellentissimi Domini Nicolai e Comitibus Eszterházy, Regni Hungariae Palatini, Patribus nostris Anno 1630. consignatus. Ecclesia consecrata est a. 1650. per Ill. D. Stephanum Sennyei Eppum Jaurinensem. Est hic celebris crypta Inclytæ Familiae Eszterházyanae, anno 1856. e refectorio transformata, ubi in magnifico mauseolo marmoreo jacet Princeps Paulus Eszterházy. In Ecclesia hujus Conventus Anno mox elapso Sacramentalem Confes. et Commun. peregerunt 9,768.

Status Personalis.

- M. V. P. **Florentianus Tóközy**, *Guard.*, Conc. em. Exam. Conf., R. Cas., Mag. Laic., Bibl., Hist. Conv.
- A. V. P. Nicolaus Stumbeck, Conc. et Definitor Proae em., Profes. et Sacerd. jub., Exam. Conf., Disc. et P. C., Confess. Ftrum.
- M. V. P. Caesarius Vidlicskay, *Vic. cur. serv. in spir.* Discr. et P. C. Conf. FF. Mag. Laic. hung.
- M. V. P. Matthaëus Gerdenich, Conc. em., Adm. Par. in Siglos.
- M. V. P. Raymundus Rührenshopf, Pater bene meritus.
- M. V. P. Calasantius Kacsicska, Conc. em. Admin. Par. in Lánzsér.
- M. V. P. Theophilus Poszpisilik, Missionar. Americae Sept. Dioec. Neo-Eborac.
- V. P. Florianus Gácsinger, Conc. fest. germ. n. ord. et quadr. Ductor V. C.
- V. P. Hyacinthus Maitz, Conc. hung. foraneus.

Fratres Laici.

Fr. Cyrinus Payer, Coc. ost.	Fr. Peregrinus Bilszky, Coll.
Fr. Adalbertus Horváth, Coc. non profes.	elem. Universim 12.

VI.

Conventus Nitriensis

in Dioecesi, Comitatu, et Civitate Episcopali ejusdem nominis situatus. Primaevus Ordinis, et Provinciae hujus Conventus ad Divam Virginem in coelos Assumptam, circa annum 1248. Pontifice Innocentio IV., Rege Hungariae Bela IV. exstructus, floruit tribus, et quod excedit saeculis. Modernus in Civitate Episcopali Superiore ad SS. Apostolos Petrum et Paulum erectus

est liberalitate Illustris. ac Reverendissimi Domini Joannis Telegdy Archi-
Episcopi Colocensis, una Nitriensis Episcopi 1630. Administrat Parochiam
superioris civit. cum filialibus: Kis-Emöke, Mikófalú, Tormos, et promon-
torio Zobor; Nrus Animarum 2807. In Ecclesia hujus Conventus Anno
priori Sacramentalem Confess. et Commun. peregerunt 15,609.

Status Personalis.

- A. R. P. **Odoricus Balázsovits**, *Guard.* ut supra pag. 5.
A. R. P. Methodius Gazdgyik, *Lect. Philos. approb.,*
Mission. apostol. em., Proae Pater aggregat.,
Conf. Ftrum., Discr. Conv.
M. V. P. Michael Körmendy, *Vic. Conc. em. cur. serv.*
in spir., D. et P. C. Exam. Conf. Mag. Laic.
Conf. Fratrum.
M. V. P. Aurelius Hankóczy, *Conc. em. Adm. in Xe-*
nod. Comit.
M. V. P. Ananias Pelcsárszky, *Conc. slav. fest. et quadr.*
ord. Catech. dom. et norm. D. V. Cr. P. C.
Conf. FF.
M. V. P. Damasus Gázsó, *Conc. domin. slav. Catech. in*
Curia Comit.
M. V. P. Robertus Fojtik, *Conc. germ. ord.*

Theologi in Sem. Eppali.

- Fr. Daniel Beskó, IV. a.
Fr. Telesphorus Jakabovits, IV. a.
Fr. Romanus Szita, III. a.
Fr. Timotheus Tamásovich, III. a.

Fratres Laici.

- | | |
|--|--|
| Fr. Medardus Neftila, sacr.
ost. | Fr. Venceslaus Zsák, coc. pist. |
| Fr. Aloysius Závodník, sart.
simp. profes. | Fr. Fabianus Tyúkos, sart.
simp. professus. |
| Fr. Coecilianus Lahvicska,
Organ. non profes. | Fr. Honorius Kotlár, Coc.
non profes. |

VII.
Conventus Sabariensis

ad S. Elisabeth Vid. Hung. Duc. in Dioecesi ejusdem nominis, Comitatu Castri ferrei situs, fundatus est per Illust. Dnum Colomannum Jaurinensem Episcopum Anno 1360. Subin vero post varias vicissitudines, Munificentia Illmi Dni Stephani Sennyey, aequae Jaurinensis Praesulis, et Regni Hungariae Cancellarii instauratus Anno 1633. Ecclesiam idem Praesul, et majorem aram consecravit a. 1634. 2. Aug. In Ecclesia hujus Conventus mox elapso Anno Sacramentalem Confessionem et Commun. peregerunt 11,250.

Status Personalis.

- M. V. P. **Andreas Magyar**, *Guard.*, Conc. em. Ex. Conf., Res. Cas. Mag. Cler. Theolog. Bibl., Histor. Conv.
- M. V. P. Placidus Szabó, *Vic.*, Conc., em., cur. servit. in spir., Disc. et P. C., Conf. Ftrum.
- M. V. P. Matthaeus Zsálik, Conc. em., Profess. et Sacerd. jubil., Disc. et Poen. Conv., C. Fr. Exam. Conf.
- M. V. P. Valentius Orbán, Conc. em.
- M. V. P. Urbanus Bátor, Conc., em. et act. hung. domin. et quadr. Catech. in Curia Comit., D. V. Cr. Mag. Laic.
- M. V. P. Aloysius Vallovics, Conc. germ. domi. et quadr.
- M. V. P. Emericus Reut, Conc. germ. fest. in quadr. domin. et Catech. C. R. Soc. Zoolog. Bot. Vien. membrum.
- V. P. Flavianus Lengyel, Capell. Illm. D. Com. Pauli. Szécsényi in Apáthy.
- V. P. Colomannus Mészáros. Conc. fest. hung. et in quadr. domin.

Theologi in Sem. Eppali.

- | | |
|-------------------------------|----------------------------------|
| Fr. Zacharias Luzsicza, I. a. | Fr. Bertholdus Otrubny, I. a. |
| Fr. Osvaldus Grosz, I. a. | Fr. Bartholomaeus Kamenár, I. a. |

Fratres Laici.

Fr. Florianus Prachár, Clav. sacr.	Fr. Robertus Orsonics, sart.
Fr. Benno Jurtsik, Coc. pist.	Fr. Leo Schaschek, Org. Cur. Ref.
Fr. Eusebius Bókony, Coc. simp. profes.	

Universim 18.

VIII.

Conventus Érsek-Ujváriensis

ad S. Franciscum stigmatibus Salvatoris nostri insignitum, in Archi-Dioecesi Strigoniensi, Comitatu Nitriensi, Originem suam debet Pietati et Liberalitati aeternae memoriae Eminentissimi quondam S. R. E. Presbyteri Cardinalis et Archi-Episcopi Strigoniensis Petri Pázmány, qui eundem anno 1626. erigi coeptum, 1629. introductis Patribus nostris inhabitandum contulit, Ecclesiam autem sub praememorato Titulo anno 1631. Ipus consecravit, in qua Anno mox elapso Sacramentalem Confessionem et Commun. peregerunt 12,345.

Status Personalis.

- M. V. P. **Patritius Ravasz**, *Guard.* Conc. em. Exam. Conf. Hist. Conv. Mag. Laic. slav.
- A. V. P. Ezechiel Tóth, ut supra pag. 6.
- M. V. P. Othmarus Zachar, *Vic.*, Conc. dom. slav. et quadr. cur. serv. in spirit. Discr. et P. Conv. Mag. Laic. hung. Conf. Ftrum.
- M. V. P. Guidus Nagy, Conc. em. et actu. hung. Conf. FF.
- M. V. P. Romualdus Horváth, Conc. em. Exam. Conf. Res. Cas. Biblioth. et Poen. Conv. Director, et Exhort. Gymn. Min. Professor Doctr. Relig. in I. II. III et IV. Class.

- M. V. P. Nemesius Nabinger, Prof. Gymn. Praef. I. Clas. docet ling. latin. in I. Germ. in III. et IV. Geogr. in I. et III. Clas. Bibl. Gymn. — Reg. phys. societ. hung., et practicae hort. culturae Frauendorfensis in Bavaria membrum.
- M. V. P. Martinianus Farmady, Prof. Gymn. Praef. III. Clas. docet Arithm. et Geom. in III. Hist. Nat. in I. et II. Phys. in III. et IV. Class. cum Chemia. Custos Musei Gymn., Reg. Phys. societ. hung. et Zoolog. Botan. Viennensis membrum.
- M. V. P. Pacificus Prúnyi, Prof. Gymn. Praef. IV. Clas. docet in I. II. et IV. Clas. Arith. et Geom. Notarius Consensualis. Reg. Phys. soc. hung. membrum.
- M. V. P. Seraphinus Farkas, Cooper. A. R. ac Eximii D. Vice-Archi-Diaconi in Bessenyö.
- M. V. P. Ignatius Kovács, Prof. Gymn. Praef. II. Clas. docet ling. hung. in II. III. et IV. latinam, et Geogr. in II. Clas.
- M. V. P. Hyppolitus Schauer, SS. Theol. Lect. approb. Prof. Gymn. docet ling. hung., in I. latinam, et Histor. Hung. in III. et IV. Classe.
- M. V. P. Leopoldus Glosz, Conc. fest. slav. in quadr. domin.

Fratres Laici.

- | | |
|-----------------------------|---------------------------|
| Fr. Felicianus Berlicza. | Fr. Eligius Gregor, sart. |
| Fr. Blasius Szilágyi, sart. | sacr. Ost. Clav. |
| Coll. elem. | |
| Fr. Franciscus Petrik, Coc. | |
| pist. | |

IX.

Conventus Némét-Ujváriensis

ad B. Virginem Mariam Visitantem, in Dioecesi Sabariensi, Comitatu Castrí ferrei, fundatus est per Illustrissimum Comitem Adamum de Batthyány, Domini Némét-Ujvár Perpetuum, ac Partium Regni Hungariae Cis-Danubianarum Supremum, et Generalem contra Turcam Capitaneum. Annus auspiciatae erectionis nominati Conventus est 1641. Conventus autem denominatus fuit Anno 1647. Ecclesiam consecravít Ills. D. Joannes Püsky, Eppus Jaurinensis a. 1652. 7. Apr. — Est hic Crypta Inc. Familiae Principis et Comitum de Batthyány. — Administrat Parochias Némét-Ujvár et Sz. Miklós cum Filialibus: Kolosvár, Langezeil, Neustift, Orbánfalva, Rózsahegy, Zsánkháza, Békafalva, Kismedves, Nagymedves, Nyulfalva et Ponicz. Nrus animarum 4160. In Ecclesia hujus Conventus Anno mox elapso Sacrament. Confes. et Commun. peregerunt 14,230.

Status Personalis.

- A. V. P. **Henricus Will**, *Guard.* ut supra pag. 6.
- M. V. P. Damasus Strausz, *Vic. Conc. em. et act. foran.*
germ. cur. serv. in spir., D. et P. C. Mag. Laic.
Conf. F. F.
- M. V. P. Hieronymus Blázovich, *Conc. em., Prof. jub.*
- M. V. P. Maternus Precechtel, *Conc. Dom. germ. Discr.*
et P. Conv.
- M. V. P. Adolphus Preisinger, *Conc. croat. et Catech.*
- M. V. P. Cajetanus Hegedüs, *Conc. fest. germ. et Catech.*

Fratres Laici.

- | | |
|--------------------------------------|------------------------------------|
| Fr. Udalricus Etl, coc. cur.
Ref. | Fr. Conradus Wieger, clav
sacr. |
| Fr. Martinus Kovalovszky,
sart. | Universim 9. |

X.

Conventus Malaczkensis

ad B. V. Mariam immaculate conceptam, in Archi-Dioecesi Strigoniensi, et Comitatu Poseniensi situatus, e Castello formatus adjecta nova Ecclesia. Ritu solemniter consignatus est Patribus nostris per Excellentissimum Comitem Paulum Pálffy Regni Hungariae Palatinum Anno 1653. Fuit hic pientissimus Fundator, Filius Nicolai immortalis illius Herois, qui cum Principe Schwarzenbergico Jaurinense Praesidium a Turcis 1598. recuperavit. Ecclesia consecrata est a. 1660. d. 28. dec. — Existit hic crypta Incl. Familiae Principis et Comitum Pálffy. In Ecclesia hujus Conventus Anno praeterlapso Sacramentalem Confes. et Commun. peregerunt 9,600.

Status Personalis.

- M. V. P. **Marcellinus Guczky**, *Guard.* Conc. et Mag. Cleric. nov. em. et act. Exam. Conf. Bibl. et Hist. Conv.
- A. V. P. Ildephonsus Ölveczky, *Vic.*, Missionar. Terrae. S. em., Def. Proae hon., cur. serv. in spir., D. et P. C., Conf. F. F. Mag. Laic.
- M. V. P. Simon Strausz, Conc. em. Discr. et P. C. Conf. Fratr.
- M. V. P. Cassianus Pecha, Conc. em. Cap. in Detrekö.
- M. V. P. Abel Egyenesy, Conc. slav. Dom. et quadr. D. V. C.
- V. P. Demetrius Cselka, Conc. slav. fest. et in quadr. Dom.
- V. P. Venceslaus Fiala, Conc. germ. novilunaris.

Clerici Novitii.

- | | |
|-------------------------|-----------------------------|
| Fr. Irenaeus Majzon. | Fr. Ambrosius Lieszkovszky. |
| Fr. Julianus Brecka. | Fr. Eduardus Ehardt. |
| Fr. Regalatus Ambrusch. | Fr. Hieronymus Piácsek. |

Fratres Laici.

Fr. Elzearius Szita, Org. inst. Jnv. in Cantu, Cur. Ref.	Fr. Vitus Kopecsny, sart. clav.
Fr. Rupertus Piácsek, Coc. simp. profes.	Fr. Simon Varga, coc. simp. profes.
Universim 17.	

XI.

Conventus Sancto-Antoniensis

in Insula Cituorum, (Hungaris Csallóköz) in Archi-Dioecesi Strigoniensi, Comitatu Poseniensi siluatus, e pio Animarum zelo Illustrissimi Domini Georgii Lippay Archi-Episcopi Strigoniensis extrui coepit Anno 1660, consummatus vero est per Successorem in Archi-Episcopatu Georgium Szelepcsény Anno 1677. Asservatur et colitur in Ecclesia hujus Conventus Imago B. V. Mariae Gratiiosa, anno 1715 die 19. Junii sangvineis guttis lachrymans. Conventus hic anno 1789 abolitus, Clementia Augustissimi Imp. et Regis Francisci I. nobis redditus est 1809. Atque in caduco nimis jam statu positus, e clementissima Suae Sacratissimae Caesareo-Regiae Apost. Majestatis Francisci Josephi I. resolutione, accedentibus etiam aliorum beneficorum piis symbolis, anno 1859 ampliter est instauratus. Ecclesiam consecravit Ills. D. Georgius Ghylányi Eppus Tinniniensis a. 1724. 1. Oct. infra quam est crypta Illmae Familiae Com. Apponyi, quo primus illatus est Exc. D. Georgius Apponyi, Comit. Tolnensis supremus Comes a 1782. 16. nov. Administrat Parochiam cum Filialibus: Bacsfa, Nagyszarva, Tárnok; nrus animarum 970 In Ecclesia hujus Conventus Anno praeterito Sacramen. Confes. et Commun. peregerunt 13,560.

Status Personalis.

- M. V. P. **Jeremias Hermán**, *Guard.*, Conc. em., Admin.
Paroch. Miss. pop., Exam. Conf., Res. Cas.
Bibl. Hist. Conv.
- M. V. P. **Illuminatus Nagy**, *Vic.* Conc. dom. et quadr.
cur. serv. in spir., D. et P. C. Conf. F. F.

M. V. P. Georgius Dudás, Conc. em. Exam. Conf. Discr.
et P. C. Confes. FF. Mag. Laic.

M. V. P. Laetus Péntek, Capel. apud Rdiss. D. Can. hon.
et Parochum in Csütörtök.

M. V. P. Salomon Varga, Conc. fest. in quadr. dom.
Catech. D. Viae Cr.

P. Leontius Füzy.

Fratres Laici.

Fr. Michael Morvay, Defic.	Fr. Jonas Czödör, Sacr.
Fr. Fortunatus Sipos, Coc.	Coll. eleem.
pist. simp. profes.	Universim 9.

XII.

Conventus Mariano-Pratensis

ad B. V. Mariam Natam, situs est in Dioecesi Jaurinensi, Comitatu Mosoniensi, ab assiduo Populorum Religionis, Votique causa de longinquis partibus peregrinantium affluxu tamquam ad Matrem divinae gratiae celeberrimae. Fundatorem veneratur Celsissimum S. R. Imp. Principem Paulum ab Esztoras, qui pro sua in Beatissimam Virginem Deiparam pietate, veterem illic Assumptioni B. V. Mariae sacram, ast in rudus conversam Ecclesiam instaurari, et subin Coenobium e fundamentis erectum adjici fecit, quod dein Patribus Ordinis nostri incolendum obtulit Anno 1670. aedificiis in perfectum statum perductis 1680. Ecclesia et major ara consecrata est a. 1669. d. 8. Sept. per Ill. D. Georgium Széchényi. Exstiterunt hic olim intra cincturam Ecclesiae tres Capellae, una in honor. B. M. V. assumtae, altera SS. Patronorum contra pestem, tertia in hon. S. Josephi. — In crypta hujus Ecclesiae complures sepulti sunt ex Inc. Familia Eszterházyana. — Administrat Parochiam ejusdem nominis, nrus animarum 1838. In Ecclesia hujus Conventus, Anno mox elapso Sacramen. Confes. et Commun. peregerunt 18,752.

Status Personalis.

M. V. P. **Moyses Schintzl**, Praesidens, Administ. Pa-
rochiae, Exam. Conf. Hist. et Bibl. Conv. Di-
rector Studii Philos. Mag. Laic. Res. Cas.

- M. V. P. Dionysius Kasza, *Vic. Conc. em. Discr. Conv.*
Cur. serv. in spirit. Confes. FF.
- M. V. P. Maximilianus Juhász, *Conc. hung. in concurs.*
- M. V. P. Mauritius Schiller, *Conc. germ. Ord. Dom. et*
quadr.
- M. V. P. Diodorus Fiala, *Educator apud. Spec. D.*
Ignatium Novotny Arend.
- M. V. P. Gotthardus Veigl, *Conc. germ. fest. et Catech.*
- M. V. P. Ludovicus Spindlhuber, *Lector Philos. Exam.*
Conf. Discr. Conv. Mag. Juv.
- M. V. P. Faustinus Usztrnul, *Lect. Philos.*

Philosophi I. Anni.

- | | |
|--------------------------|---------------------------|
| Fr. Bernardus Maradics. | Fr. Vincentius Hermán. |
| Fr. Chrysanthus Hajóssy. | Fr. Isidorus Ozorák. |
| Fr. Volfgangus Strass. | Fr. Adalbertus Kopcsányi. |
| Fr. Fulgentius Müller. | Fr. Justinus Horváth. |
| Fr. Florentius Farkas. | Fr. Joachimus Szöke. |

Fratres Laici.

- | | |
|------------------------------|-----------------------------|
| Fr. Paulus Windisch. | Fr. Mathias Matheides, Ost. |
| Fr. Fidelis Kováts, Coc. | Pist. Coll. eleem. |
| Coll. eleem. | Fr. Sulpitius Schmid, sart. |
| Fr. Xaverius Jedlicska, Coc. | clav. |
| pist. hort. | Universim 23. |

XIII.

Conventus Papensis

ad Natam Angelorum Reginam, in Dioecesi, et Comitatu Weszprimiensi
Originem debet Illustrissimae Familiae Comitum Eszterházy, cujus Munificen-
tia exsurrexit Anno 1680. In Ecclesia hujus Conventus Anno mox elapso,
Sacramen. Confes. et Commun. peregerunt. 11,100.

Status Personalis.

- M. V. P. **Desiderius Supka**, *Guard.* Conc. em. et act. dom. et quadr. Exam. Conf. Hist. et Bibl. Conv.
- A. V. P. Adolphus Szakolczay, Conc. et Def. Proae em. Mag. Laic. Discr. et Poen. Conv.
- M. V. P. Tiburtius Tóth, *Vic.*, Conc. em. cur. serv. in spirit., Discr. et P. C. Conf. Ftrum.
- M. V. P. Theodosius Kovács, SS. Theolog. Lect. em., Conc. fest. hung., Discr. Conv. Exam. Conf. Res. Cas. D. V. Cr.
- M. V. P. Edmundus Grafl, Conc. em. et act. for. germ.
- M. V. P. Julius Juhász, Conc. foraneus.

Fratres Laici.

- | | |
|-------------------------------|---------------------------|
| Fr. Petrus Nagy, Coll. eleem. | Fr. Gebhardus Steinhardt, |
| Fr. Colomanus Belavi, ost. | inaurator. |
| clav. sacr. et organ. | Fr. Hilarion Fehér, sart. |
| Fr. Remigius Otrubny, coc. | cur. Ref. |
| pist. | Universim 11. |

XIV.

Conventus Sümeghiensis

ad B. V. Mariam Visitantem prodigiosis variarum infirmitatum curationibus coruscantem in Dioecesi Weszprimiensi, Comitatu Zaladiensi situatus, Beneficentia Illustrissimi Domini Georgii Széchény, tunc Episcopi Weszprimiensis, e fundamentis exstructus Anno 1652. Provinciae nostrae ingremiatus 1689. Ecclesia consecrata est per supra nominatum Praesulem a. 1654. 29. Sept. — Munus parochiale in Sümeg et Rendek ab a. 1673. Conventui fuit adnexum, ast a. 1760. Exc. D. Martinus Biró, Eppus Weszprimiensis distinctam erigens Ecclesiam parochialem, illuc transtulit Officium parochiale. In crypta hujus Ecclesiae Conv. requiescunt duo Epipi Weszprimienses, Paulus Hoffmann et Stephanus Sennyei. E saecularibus, inter caeteros, Sp. D. Franciscus Oszterhuber em. Vice Comes Comitatus, et 50 annis Syndicus Conventus, † 1835. 30. Martii, a. aet. 91. In Ecclesia hujus Conventus Anno mox elapso Sacramen. Confes. et Commun. peregerunt 14,711.

Status Personalis.

- M. V. P. **Benedictus Meszes**, *Guard.*, Conc. et Mag.
Cler. nov. em. Exam. Conf. Res. Cas. Bibl. et
Hist. Conv.
- A. V. P. Eusebius Szabó, Conc. em., Defin. Proae hon.,
Exam. Conf., Prof. et Sacerd. jub., Disc. et
P. C., Conf. Ftrum., Nestor Proae.
- M. V. P. Severinus Gáhy, *Vic.* Conc. em. cur. serv. in
spir. Discr. et P. Conv. Conf. FF. Mag. Laic.
- M. V. P. Cherubinus Szmatick, Phil. Lect. approb., et
officio sexennalis, Miss. Terrae S. emer.
- M. V. P. Benignus Tóth, Conc. em., Conf. Ftrum., Pro-
fess. et Sacerd. Jubil., Poen. Conv.
- M. V. P. Paschalis Simon, Conc. em.
- M. V. P. Rudolphus Tóth, Conc. dom. et quadr. D.
V. Cr.
- V. P. Facundus Szekér, Conc. fest. in quadr. domin.
P. Januarius Juracska.

Fratres Laici.

- | | |
|---|--|
| Fr. Jordanus Jelenek, org.
clav. | Fr. Samuel Falusy, coll.
elem. cur. R. |
| Fr. Gratianus Klemento-
vits, coc. pist. | Fr. Thaddaeus Dolotsek,
coll. elem. hort. |
| Fr. Pacificus Boross, sart. | Fr. Richardus Haragos, coc.
pist. simp. profes. |

Universim 15.

XV.

Conventus Pesthiensis

ad S. Petrum de Alcantara, in Archi-Dioecesi Strigoniensi, Comitatu et
L. R. Civitate Pesthiensi situatus, Clementia Augustissimi Imperatoris, et

Regis Leopoldi Magni Provinciae nostrae, loco prisci illius, qui jam Anno 1288. hic exstiterat, resolutus, et confirmatus est Anno 1690. Complurium Benefactorum opera exstructus 1715. Recentissime autem rursus Benefactorum pia collatione Altaria pristino Splendori restituta sunt 1854. tota Ecclesia expicta 1860. Turris vero e sectis lapidibus altius evecta 1863. 8. Nov. dum Crux solenni ritu adposita fuerat. Administrat Parochiam ad S. Franciscum Seraph., in qua numerus animarum: 10,583. In Ecclesia hujus Conventus Anno mcx elapso Sacram. Confess. et Communionem peregerunt 27,680.

-*Status Personalis.*

- A. R. P. **Cyriacus Piry**, *Guardianus*, ut supra pag. 5.
- A. R. P. **Agapius Dank**, ut supra pag. 5.
- A. V. P. Gregorius Pelczmann, Prof. jub. Conc. em., Def. hon., Praed. gen., D. et P. C., Con. F. F. Spirit. in domo labor.
- M. V. P. Arsenius Szeleczky, *Vic.*, Conc. em., et act. fest. slav., cur. serv. in spir., Exam. Confes. Res. Cas. Discr. et P. C., Conf. FF.
- M. V. P. Valerius Bády, Conc. em. et act. hung. fest. in quadr. dom., Mag. Laic. hung., Spiritualis Captiv. in Curia Com. Conf. Fratr.
- M. V. P. Carolus Tóth, Conc. em. Prof. Praepar. appr. Sororum Christianae charitatis Director spirit. et Catech. scholarum Albae Carolinae in Transylvania.
- M. V. P. Narcissus Schindler, Conf. Herul. Angl. in Balassa-Gyarmat.
- M. V. P. Gaudentius Dosztál, Conc. em. et act. germ. dom., Catecheta apud. Her. Anglicanus. Erud. societ. hung. Histor. membr. ord.
- M. V. P. Cyrillus Hampl, Conc. germ. dom. et Coop. ad S. Rochum.
- M. V. P. Basilius Januska, Conc. slav. dom. Mag. Laic. slav.

- M. V. P. Ernestus Horváth, Conc. hung. dom. et quadr.,
D. V. Cr.
V. P. Florentinus Roder, Conc. fest. germ. D. V. Cr.
Director sacr. Poen. Conv.

In suburbio Francisci.

- M. V. P. Wilhelmus Kurcz, Admin. Parochiae, Conc.
fest. germ., in quadr. dom.
